

Quales autem sint causæ, in quibus Ordinarius procedit inter, & aut contra exemptos & in eorum causis; in unum congesit Alcanius Tamburinus in tractatu de iure Abbatum, & Priuatorum, tom. 1. dist. 15. quest. 10. per totam, ybiacuratur, & mirabiliter integram insuper fecit tractatum de iurisdictione Ordinarij in exemptos, Erasmus à Cochier, quos in occurrenti necessitate videre poteris & consulere.

## CAPVT XXVI.

Litteræ Apostolicæ percipientes primam instantiam Ordinarij, an sint indistinctè parti per Senatum tradendæ, vt coram Ordinario eis viatur.

Vel quarum sit facienda in Senatu retentione, Ordinario simpliciter cognitionis negotij facta remissione.

Et an litteræ gratiosæ in monitorialibus è Romana Curia emanatis insertæ fidem faciant.

Et numquid, quando in processu fulminato insertæ sint, an ad probationem originalibus desuper egeat impetrans.

## S V M M A R I V M.

Litteræ Apostolicæ, seu commissiones ex quibus prima Ordinarij instantia percipi potest, duplici generis sunt, num. 1.

Exempla redduntur ibidem, & num. 2.

Commissiones in executionem gratia, non subscriptas manu Sanctissimi, percipientes primam Ordinarij instantiam, omnes indistinctè tradit Senatus impetranti, vt illis coram Ordinario viatur, num. 3.

Commissiones mere iustitiæ non subscriptas, & contra formam Tridentinæ, retinet Senatus causa cognitionis simpliciter Ordinario remissione facta, num. 4.

Litteræ gratiosæ duo continent separabilia, partem dispositiuam, & substantiam gratia, & partem executiuam accessoriæ ad gratiam, n. 5.

Executoris specialis datio ad gratiam ex defectu forme Tridentinæ, redditur nulla, & executor iurisdictione caret, num. 6.

Gratia tamen principalis intacta remanet; & valida, a num. 7.

Executoris datio ad gratiam est qualitas accidentalis, & extrinseca gratia, cuius substantiam non tangit, num. 8.

Accidentalia possunt mutari, & variari, non vitiosa substantia rei principalis, secus è contra, num. 9.

Accidentalia apponuntur, & eueniunt post dispositionis esse perfectum, num. 10.

Accidentalia extrinseca possunt adesse, & abesse præter subiecti corruptionem, num. 11.

Executoris datio, & commissio est accessoria ad gratiam principalem.

Accessorijs defectibus nihil detrahatur sua principali dispositioni, num. 13.

Clausula executiua non mutatur, alteratur, nec am-

plian principalem dispositionem, num. 14.

Dilatio, temporis, aliæque conditio rescindit executionem contractus, non principalem dispositionem, hanc non reddit conditionalem, sed pura remanet, num. 15.

Executoris datio ad gratiam, & ipsa gratia separationem habent, & diuisibilitatem, n. 16.

Vtile per inutile non vitatur in habentibus separationem, num. 17.

Gratia correns in vna parte suslinetur in alia separata, num. 18. & sequentibus.

Collatio licet deficiat, non deficiat gratia reservata personis, num. 19.

Gratia subrogationis, si corrumpat quo ad licem, quia nulla adest, non corrumpit quo ad possessionis partem, num. 20.

Gratia pro parte nulla, & pro parte separabili valida, pro ipsa suslinetur, num. 21.

Executoris datio licet sit inefficax, & nulla ob defectum forme Tridentinæ, gratia principalis intacta remanet quoad substantiam, tradenda impetranti per Senatum, vt illa viatur coram Ordinario, cui causa sit remissio, num. 22.

Litteræ gratiosæ, in quibus constituitur, & alio, probatioque impetrantis, necessaria omnino ad causam per Senatum Ordinario remissam, illi sunt de necessitate tradende, n. 23.

Gratia percipitur per fiat, quoad substantiam ante litterarum expeditionem, quibus ad substantiam, non eget, num. 24.

Ad gratia probationem, vt ex ea in iudicium agi valeat, litteræ necessariae sunt, & ad earum expeditionem adstringitur impetrans, n. 25.

Gratia stat in lingua Principis, in scriptura testimonium, in executione commodum, n. 26.

Gratia absque litteris nequit probari, n. 27.

Gratia ante litterarum expeditionem non expirat per mortem Principis re integra, n. 28.

Gratia requirit scripturam, & probationem, ita vt nec testes sufficiant, num. 29.

Litteræ expeditæ, & deperditæ testibus probantur, num. 30.

Testes ad probandum circumstantias, & qualitates gratia admittuntur, licet ad substantiam probationem nequaquam, num. 31.

Stylus Senatus tradendi litteræ gratiosæ parti, vt illis viatur coram Ordinario, cui sit cognitionis remissio ex Tridentinæ, pronenit de necessitate iustitiæ, num. 32.

Stylus Senatus reuocandi litteræ mere iustitiæ, percipientes primam instantiam Ordinarij, facta illi simpliciter causa remissione, validè comprobatur, a num. 33.

Litteræ mere iustitiæ quales sunt, num. 34.

Litteræ iustitiæ non subscriptæ nulla sunt ex defectu iurisdictionis, num. 35.

Litteræ mere iustitiæ, quæcumque sint, nihil coram Ordinario, cui sit per Senatum causa remissio ad iudicium ibidem iniitandum, prosunt, nec parti impetranti, num. 39.

Commissionis alteri directæ virtute Ordinarij, cui Senatus primam instantiam remittit, procedere nequit, sed sua iurisdictione Ordinaria, n. 37.

Litteræ monitoriales, compulsores, remissoriales, executoriales, &c. emanatæ à principali commissione nulla ob defectum forme pariter nulle sunt, quia procedunt à radice infecta, num. 38.

Peccatum in capite membra etiam inficit, n. 39.

Destructio antecedenti, consequens destructum remanet, num. 40.

Accessorium, siue tractetur de principali augendo, siue destruendo, aut confirmando semper huius naturam sequitur, num. 41.

Litteræ monitoriales, &c. sunt à sua principali commissione inseparabiles, cuius vitium participant, num. 42.

Sublato principali corrumpit accessorium quia eodem modo resoluitur, quo creatur, n. 43.

Annulata principali dispositione omnes clausulae in ea contentæ resoluntur, n. 44.

Infecta primitiua, infecta censetur derivatiua, num. 45.

Acta gesta à Iudice carente iurisdictione nulla sunt ipso iure, num. 46.

Gesta per Delegatum, aut Legatum contra formam Tridentinæ, in cap. causæ omnes, sunt nulla ipso iure, num. 47.

Litteræ iustitiæ contra formam Tridentinæ, vti inefficaces, & penitus inutiles ad causam remissam Ordinario, qui ab initio iudicium incipit, frustra ei remittuntur, n. 48.

Frustra expeditur euentus, cuius nullus est effectus, num. 49.

Factum quod non releuat fieri non debet, n. 50.

Litteræ iustitiæ percipientes primam instantiam, si impetranti tradentur, maximum sequetur damnum, cum furuius illis vti possent, & reproductis in Rota contra recurrentem procederet in causa per contradictas, num. 51.

Inconueniens detrahens preminentiæ Regis, auctoritati Senatus, præbet occasionem turbationi vtriusque Reipublicæ, & damnum oppressis radicibus euitandum erit, num. 52.

Monitoriales, & alia rescripta contra plures (qua respectu aliquorum percipiunt Tridentinæ) cum horum causa Ordinario remittuntur, aliorumve nullatenus parti tradentur, vt illis viatur coram suo Delegato contra non remissos ad Ordinarium, num. 53.

Executoriales legitime per superiorem expeditæ, coram quo ex eis actio in factum proponitur contra debitorem condemnatum, ibidem non reperitur tradantur parti, vt illis viatur coram Ordinario, num. 54.

Monitoriales, & alia litteræ mere iustitiæ in quibus inserta veniunt litteræ gratiosæ, an sint indistinctè tradende parti, vt illis viatur coram Ordinario, cui causa remittitur, num. 55. & sequentibus.

Litteræ originales gratia impetranti idè traduntur, vt illis coram Ordinario, cui sit causa remissio, vtatur, quia vt originales fidem, & probationem faciunt, n. 57.

Litteræ monitoriales principaliter sunt iustitiæ, quibus incidens inservunt gratiosæ, qua vt exemplum informiter deductum, fidem, nec probationem faciunt, num. 58.

Instrumentum insertum in privilegio Principis non citat parte non probat, nisi originale exhibeatur, num. 59.

Instrumentum, quo aliud registratur absque Iudicis auctoritate, & partis citatione, non probat, num. 60.

Instrumentum, quo aliud refertur non probat, nisi appareat relatum, n. 61. & 62.

Litteræ monitoriales cum sint nulle ob defectum forme, & fidem non faciunt, multo minus litteræ accessoriae in eisdem insertæ, n. 63.

Annulatio principali instrumento resoluntur omnes clausulae in eo contentæ, n. 64.

Litteræ gratiosæ insertæ in monitorialibus auctoritate Iudicis carentis iurisdictione fidem non faciunt, num. 65.

Litteræ monitoriales percipientes primam instantiam, quibus gratia inserta venit indistinctè retinentur in Senatu, remissa simpliciter causa Ordinario, num. 66.

Litteræ originales de necessitate presentanda sunt Iudici ad exercitium iurisdictionis, ita vt transumptum Notarij aliis auctoritate non proficit, Litteræ gratia inserta in processu fulminato non probant, parte opponente, nisi originales exhibeantur, num. 68.

Et idem de copia priuilegiarum, n. 69.

Iurisdictione à tempore date litterarum adquiritur, non tamen eius exercitium ante originalium presentationem sibi factam, n. 70.

Deciso elegantæ Rota adducitur, vt litteræ originales, aliæque authentice non presentata, non tribuant iurisdictionis exercitium, nec probent, num. 71. & seqq.

Citationis decretum vigore litterarum Iudicis non presentatarum est nullum ipso iure, n. 72.

Litterarum originalium transumptum etiam per Notarium, etiam testantibus fideliter transumptis illud, sicut non probat, ita nec sufficit vt eius presentatione adquiritur Delegati iurisdictionis exercitium, n. 73.

Imò tunc Iudex nulliter citationem decernit, n. 74.

Executor certus esse debet de sua iurisdictione per originale, non per exemplum minus solemniter deductum, num. 75.

Presentatio rescripti est de processu, & illius potissimum fundamentum, facienda solemniter manu publici Notarij, de qua solè Iudicis non creditur, num. 76.

Notarij solita verba non inducunt realitatem, nec probationem, n. 77.

Litterarum Apostolicarum transumptum deficientibus solemnitatibus requisitis fidem non faciunt, num. 78.

Deciso Rota, qua dicitur reuolidari processum per subsequentam litterarum presentationem, à principio non factam, reprobat ab eadem Rota, num. 79.

Transumptum litterarum in processu fulminato cum auctoritate Iudicis, & non contradicente parte, qua non adest, vbi extrajudicialiter proceditur, & cum aliis adimiculis probat, num. 80.

Executor ante litterarum presentationem nequit exercere validè actum iurisdictionalem, num. 81.

Iudex, qui Ordinaria, & delegata potestate potest procedere, restringens se ad delegatam inuoluit, nihil agit, nec ex Ordinaria actus suslinetur, num. 81.

Litteræ originales semel presentata possunt exemplari, vt exemplum in actis remaneat solemniter deductum, & illius tenorem in citatione inseri, num. 83.

Rota alia singularis deciso refertur circa fidem adhibendam exemplo litterarum Apostolicarum originalium vt de sua iurisdictione certum sit, ibidem.

Presentatio rescripti debet fieri solemniter per manum publici Notarij, & appositione testium, num. 85.



*Pars comparens. & non opponens de defectu iurisdictionis ob non presentationem litterarum originalium, quando suscitatur iudicium, vel non, num. 86. & seqq.*  
*Productio ipsa instrumenti parte citata facta, si de actis, licet instrumentum ipsum de actis non sit, nec dicatur, num. 87.*  
*Iura partium sunt de actis processus si registrentur solemniter in illo, num. 88.*  
*Pars opponens defectum iurisdictionis ob non presentationem litterarum, ista exhibenda sunt, num. 89.*  
*Processus nullus ob defectum iurisdictionis ob non presentationem litterarum per consensum partis non revalidatur, num. 90.*  
*Iurisdictionem conferre non possunt privati, n. 91.*  
*Pro sententia validitate super executione pensionis debet in actis de reservatione constare, n. 92.*  
*Copia simplex litterarum carens citatione, nec dicitur de actis, nec fidem prorsus facit, n. 93.*  
*Ad probationem gratie requiritur originalis Scriptura presentanda, & non sufficit testimonium ipsius, num. 94.*  
*Littera in monitorialibus inserta sunt ad unum finem probanda iurisdictionis, & sic in diverso fidei non faciunt, nisi originales appareant, n. 95. & num. 96.*  
*Exceptio modificativa ad unum finem opposita ad diversum in executione opponi potest, n. 97.*  
*Littera originales, vel transumptum authenticum cum iuris requisitis deductum fidem faciunt in iudicio, non tamen minus solemnem, n. 98.*  
*Littera gratiose inserta in monitorialibus processu fulminato, & alibi actis iudicialibus, fidem non faciunt post appositionem partis, nisi originales exhibeantur, num. 99.*  
*Defectus iurisdictionis, ubi adest, monitoriales, & cetera acta processus nulla sunt, & per consequens littera gratiosa in eis inserta fidem non faciunt, num. 100.*  
*Notario attestanti in monitorialibus commissionem fuisse subscriptam propria manu Sanctissimi, an sit in Senatu fides danda, n. 101. remissive.*



**L**ITTERA Apostolica, seu commissiones causarum à Sede Apostolica emanatae, ex quibus ius, iustitiave ꝛ Ordinarium percuti possunt, duplicis generis sunt; nam aut continentur, & includuntur in gratia, qua quis obrinuit beneficium, vel id genus aliud, & pro eiusdem gratiae executione iudex aliquis specialiter nominatur, de quatuor genere late loquuti fuimus hac 2. p. c. final per totum, & supra c. 10. & alibi passim.

Aut sunt litterae iustitiae, quae vocantur recepta, quaeque dantur ꝛ continent, & respiciunt alicuius negotij iudicium, quae alicui iudici particulari diriguntur, eique iurisdictiono datur, ut de eo inter partes cognoscat, de quibus ferè in ceteris huius secundae partis capitibus abundè tractavimus, & huius generis sunt monitoriales, remissoriales, compulsoriales, & executoriales, & sic quae sunt.

Quo obiter praecognito, quando Senatus eadem litteras examinat, & cognoscit in eis defectum formae tradit per S. Concilium Tridentinum, session. 24. de reformatione, cap. 20. requiritens subscriptionem propria manu Sanctissimi: ꝛ dicitur quod dicitur; etenim sic litterae

sunt primi generis, nempe continentes gratiam, tunc omnes indistincte tradi iubet parti, ut illis coram Ordinario (ad quem de iure cognitio pertinet in prima instantia) vtrius, ita ut illi non solum negotij sit faciendae remissio; sed ipsamet litterae gratiosae praecise, & necessario traduntur originales impertranti, ut illis vtrius coram Ordinario, ut ille sine in via executiva, siue in via Ordinaria procedat ad eorum complementum, prout melius & iuridice ipse arbitretur, attentata bipartita conclusione, & resolutione cum casuum varietate latissimè à nobis exornata infra hac 2. part. cap. final. per totum; quoniam ista litterae deserunt ad iustitiam principalem impertranti, & sunt instrumentum ad eam probandum, ut statim latius.

Si autem litterae contineant dantur, & respiciant iustitiam, ꝛ quibus hic idem subscriptionis defectus reperitur, Senatus non absolute, sed discretè discernit, nam litterae apud se retentis, cognitionem negotij in prima instantia simpliciter remittit Ordinario tractandam.

Ite etenim Senatus nostri bipartitus stylus validissimis iuris vallatur fundamentis, quae hanc differentiam, & discrimen tunc comprobant. Litterae namque ꝛ gratiosae duo continent separabilia; alterum partem dispositionum gratiae, qua continetur substantia principalis dispositionis, nempe donatio, concessio gratiosa beneficii, aut rei principalis in eisdem contentae; alterum vero continet & respicit partem executivam, pro qua specialis dari solet commissio, & executor, quae est quid accessorium ad dispositionem principalem, ut notissimum est cunctis.

Et licet haec commissio, & executoris specialis assignatio ob non ꝛ servatam formam Concilij Tridentini, sit nulla, quia ea deficiente executor caret iurisdictione, nec in prima instantia eam potest exercere, ex late adductis sup. hac 2. p. cap. 3. & cap. 6. à num. 14. cum ceteris sequentibus, vique ad finem huius 2. p. & propterea cesset litterarum secunda pars.

Tamen ipsa principalis dispositio, & sic gratia, seu donatio beneficii, puta ꝛ intacta remanet, tum quia clausulae executivae praecipue executoris datio, sint qualitates accidentales, & extrinsecae, quae nihil essentialiter tangunt substantiam gratiae ipsius, ꝛ nec principalis dispositionis, quia potest executor dari, vel non dari ad gratiae executionem, text. in cap. si super gratia cuiquam ab Apostolica Sede facta executores fuerint deputati, &c. de officio Delegat. lib. 6. & communiter Doctores, ponderando illa verba (Si executores fuerint deputati) quae vti conditionalia manifestè indicant, gratiam solere dari absque executorum deputatione, quae accidentalia possunt mutari, ꝛ variari, & desicere ꝛ vitiatam substantiam, secus è contra Cardinalis consil. 314. ante medium, vers. Ad casum declarationem. alias 11. de feudis, Cardinalis Tuschus practica conclus. littera A. conclusio. 82. num. 1. Barbosa axiom. 9. num. 3. Gutierrez practiarum lib. 3. quest. 16. num. 91. Quia apponuntur, ꝛ conveniunt post dispositionis esse perfectum, Signorolus consil. 51. num. 11. Gomez in §. personam, num. 14. instr. de actionibus, Becius consil. 172. num. 29. volum. 2. Glorius respons. 1. num. 161. part. 1. Brunus de augmen. & dimin. p. 1. q. 3. princ. num. 2. Tuschus conclus. 82. num. 14. in principio.

Nam

Nam accidentia extrinseca possunt adesse, & abesse praeter ꝛ subiecti corruptionem, l. falsa, ff. de condition. & demonstration. l. pacta conventa, ff. de contrahend. emptio. l. pro voluntariis, ff. de inoffens. in rebus dotal. fact. tradunt Corasius lib. 3. miscellan. capitul. 10. Zazius lib. 1. singulari respons. capitul. 12. Menochius consil. 35. num. 19. & consil. 37. num. 98. & consil. 170. num. 23. Surdus consil. 179. num. 7. Glorius respons. 1. part. 1. num. 166. Porphyrius in predicabil. cap. de accidentibus. Sebastianus Medicus de distinctionibus bonorum possession. diffinitione 100. num. 23. & 27. Tuschus dict. conclus. 82. num. 11. Augustinus Barbosa axiom. 5. num. 4.

Tum etiam quia commissio & datio executoris est accessoria ꝛ ad gratiam principalem, text. in cap. si super gratia, ibi: Sic nec etiam re integra perimatur executoribus data potestas, quam velut gratia praedicta accessoria, naturam sequi congruit principalis, &c. de officio Delegati, lib. 6. in cuius comprobationem plura congerit Nicolaus Garcia de beneficiis 6. part. capitul. 2. à num. 100. cum sequentibus. Et sic ob defectum accessorij ꝛ nihil detrahitur principali dispositioni, quae accessarij naturam non sequitur, nec imitatur, sed contra; Decianus consil. 21. num. 9. & 10. lib. 4. Surdus decis. 192. num. 4. 5. & 6. Ancharanus in cap. si Clericus, column. 1. de prebend. lib. 6. Felinus late in cap. cum M. Ferrarief. de constit. num. 17. vbi Ripa num. 173. diligentissimus & doctissimus D. Ioannes del Castillo controuers. tom. 6. cap. 168. à num. 37. cum seqq.

Hinc fit, quod clausulae executivae ꝛ non mutant, nec alterant principalem dispositionem, Clement. 1. de prebend. ut post alios Pedemontanus. decis. 164. num. 62. Couarruias in rubrica de testamentis, part. 2. num. 13. in fin. Vetal. decis. 83. num. 3. part. 1. Molina de primogeniis, lib. 3. capitul. 2. num. 42. & 49. cum sequentibus, Franchis decis. 113. num. 53. Menochius consil. 84. num. 45. Surdus decis. 41. num. 16. & consil. 45. num. 24. Peregrinus variarum lib. 6. titulus de pactis & convent. num. 182. Marta de clausul. part. 4. conclus. 20. num. 2. 3. & 4. Aloisius Riccius in collectanea decision. part. 4. collect. 786. Alexand. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. titulo de rescriptis, resolut. 8. num. 2. Seraphinus decis. 574. num. 2. & decision. 716. num. 3. Augustin. Barbof. de clausulis numer. 1. & sequentibus; clausul. 60. Sanchez de matrimonio, lib. 6. dispensation. 29. num. 9. Circonda de privilegiis, ampliation. num. 143. Sesse decis. 24. num. 3. Gregorius decis. 311. num. 15. Moneta de commutation. ultimar. volunt. cap. 7. à num. 48. cum sequentibus, etiam si executiva maneat superflua, & inania, ut post Martam vbi proximè, & alios; Barbosa dicta clausula 60. num. 3.

Cui & illud mirabile pertinet, quod dilatio, tempus, aut alia ꝛ quaevis conditio appolita in executivis contractibus, aut dispositionibus cuiuslibet, executionem respiciens, non principalem dispositionem; hanc non facit conditionalem, sed pura remanet, licet executio, & satisfactio sit dilata, & suspensa in tempus; ita post plures eleganter obseruant Natta conf. 453. à num. 1. 2. tom. Don Ioannes del Castillo, Regij patrimonij Concilij meritisissimus Senator

controuersiarum lib. 4. capitul. 16. num. 51. versicul. Secundus casus est, & sequentibus late etiam 5. tom. cap. 109. per totum, Marefcotus variarum resolutionum, lib. 1. cap. 14. num. 3.

Et denique cum datio executoris, & gratia principalis inter se separationem, ꝛ & diuisibilitatem habeant, quia accidentaliter solet dari, vel non dari, ex dict. cap. si super gratia de officio Delegati, lib. 6. & ex iis quae haecenus diximus; intrat vulgare axioma, quod inseparabilibus, & in iis, quae inter se diuisibilia sunt vile ꝛ per inutile non vitatur, l. certi conditio, §. 1. ff. si certum petatur. l. 1. §. similiter l. 4. §. si is qui duplam, ff. de verborum obligationibus, plures refert Doctores Augustinus Barbosa axiomat. 231. per totum, vide multa mirabilia quae ad singulares casus congeessimus, hac 2. part. capitul. 13. à num. 121. cum sequentibus, versicul. Quorum omnium, &c.

Et ex hac ratione dicendum venit, quod etiam respectu ipsius ꝛ gratiae principalis si contineat rem separatam, & diuersam, licet gratia corruat in vna parte, sustinetur in alia separata; ita post alios, & Rotae decisiones probat Marefcotus variarum resolution. lib. 2. capitul. 18. à num. 47. in hac: Quamuis ergo collatio ꝛ deficit, non tamen deficit gratia reservationis pensionis, defectus enim intentionis in vna parte gratiae, non vitiat gratiam in alia parte separata, & distincta, cap. si eo tempore, de rescriptis, lib. 6. Abbas in cap. sedes, num. 4. & ibi Felinus num. 2. eodem titulo, & ita fuit decisum, in vna Offens. indicet 20. Decembris 1599. coram D. Castinelli Millino. Sic etiam videmus, ꝛ quod licet gratia subrogationis corruat quoad licentiam, si nulla adit lis, non tamen corruat quoad partem gratiae, videlicet quoad possessionem, Aegidius decision. 125. in principio, & fuit dictum in illa Ouertensi. Canonicatus, coram Ioann. Baptista de Rubis, & in illa Legionens. Prioratus 27. Iunii 1584. coram felicis recordation. Clement. Papa VIII. tunc auditore, & tradit Lancelotus de attentatis 2. part. cap. 4. in praesentia, num. 416. & sequentibus, &c.

Circa quam doctrinam videndum etiam erit ꝛ consil. Ancarrani 409. viso diligenter, & quod fuit resolutum in Rota in vna Tarraconens. illegitimitatis 22. Octobris 1546. teste Putco decis. 483. incipit Marthus Gamilla, & postea in vna Seracusan. illegitimitatis 19. Octobris 1579. coram S. D. N. Clement. VIII. tunc Hippolyto Alexandrino, Rotae auditore, quae est decis. 107. domini reuerunt, part. 1. diuersorum; per totam, Hieronym. Gonzalez de mensib. gloss. §. 9. à n. 97. vbi latissimè, de gratia pro parte nulla, & pro alia valida, ut pro illa sustineatur, licet pro alia inualida sit, & deficiat intentio Papae, quando contenta in gratia separationem habent, vbi abundè profequitur plurimas doctrinas, & Rotae decisiones allegans videndus.

Ex quibus necessario inferitur, quod cum litterae gratiosae ꝛ maneat quoad sui substantiam, & principalem dispositionem intactae, quantumnis commissio & executoris in eis datio sit inefficax, & nulla ob omissionem formam essentialem subscriptionis propria manu Sanctissimi; omnino per Senatum tradendae sunt impertranti, ut illis vitatur coram Ordinario, ad quem fit per Senatum negotij remissio in prima instantia.

K k 2 Ex



Ex eo etenim quod coram eo sit causa tra-  
 23 danda, litteræ istæ, & quibus consistit actio,  
 & ius principale impetrantis, deseruiant ad  
 probationem, & sunt instrumentum necessarium,  
 & essentialia iuris partis (& interdum  
 verarumque ex quo quandoque actio, & defen-  
 sio simul exoritur) perneceffe sunt impetranti  
 tradenda, vt illis coram Ordinario vtatur. Quia  
 licet gratia perficiatur per solam signaturam,  
 atque dicatur gratia perfecta quoad validitatem  
 24 ante litterarum & expeditionem, cum statim  
 quod sit concessa per verbum, fiat, Papæ aut  
 alterius Principis, valida sit & perfecta quoad  
 substantiam; quia solo verbo Pontificis perficitur  
 absque aliqua scriptura, vt post plurimos  
 Doctores probant Hieronymus González de  
 alternat. gloss. 12. à num. 44. & glossa 15. §. 1. à  
 num. 34. & 2. quest. 9. à num. 32. Molina de pri-  
 mogenia, lib. 2. capitul. 7. num. 56. & sequenti-  
 bus. Don Ioann. del Castillo controuersiar.  
 tom. 5. cap. 67. à num. 64. & sequentibus, la-  
 tissimè Thomas Sanchez de matrimo. lib. 8.  
 disputat. 29. à principio, infinitos penè  
 citat Matius Giurba in consil. 57. num. 15.  
 & 16.  
 25 Tamen ad ipsius gratiæ & probationem, vt  
 ex illa agi possit in iudicio; litteræ sunt neces-  
 sariæ, ad idque impetrans earum expeditione  
 indiget, & archatur, text. in cap. 1. iuncta glossa  
 verbo, In scriptis, de censibus, lib. 6. text. in cap.  
 contra morem 100. distinction. ibi: Scriptis priuile-  
 giis, cap. porro de priuilegiis. Nam in lin-  
 gua Principis fiat gratia, & in scriptura testi-  
 monium, & in executione & effectu com-  
 26 modum, Hieronym. González de alternat.  
 glossa 12. num. 47. & glossa 55. num. 23. Ma-  
 tius Giurba consil. 57. sub num. 16. post Aze-  
 uedum loco statim citando, Farinacius decis. 585.  
 num. 2. part. 1. in nouissimis, Cochier, in  
 regula 25. Chancellerie, de non iudicand. iuxta  
 formam supplicationis, num. 27. fol. 265. atque  
 idè abique illis gratia nequit probari: Aze-  
 ued, post alios in leg. 2. num. 13. titul. 7. lib. 5.  
 Recopilationis, Molina dicto lib. 2. de Hispa-  
 norum primogenia, capitul. 7. num. 56. Pareus  
 decis. 254. lib. 2. & decis. 485. eodem lib. 2.  
 Thomas Sanchez de matrimonio, dicto lib. 8.  
 disputat. 28. num. 2. Glossa in Clementina  
 dudum, verbo, De sepulchris, vbi communiter  
 Imola, Ancharanus, & Cardinalis, Felinus  
 post alios in rubrica de constitution. num. 5. &  
 ibi Decius in noua additione in prima lectura  
 à num. 37. vsque ad 43. Berouius num. 83. Ripa  
 num. 50. Mandosium num. 40. & sequentibus,  
 Bolchus num. 110. Ferrerius num. 18. Anton.  
 de Burgos num. 144. Riminaldus num. 129.  
 Alexand. consil. 107. num. 4. volumin. 7. Gigas  
 de pensionibus, quest. 34. num. 1. 2. & 3. & que-  
 stion. 40. num. 2. & 3. Callaneus in consuetu-  
 dinibus Burgundia, rubrica 1. §. 4. num. 180.  
 Patius consil. 5. num. 60. & consil. 71. num. 12.  
 volumin. 4. Cellus consil. 16. num. 6. Bertachin.  
 tractatu de Episcopo, lib. 7. part. 1. num. 53. Re-  
 buffus in cap. postalasti in gloss. verbo, Retinere,  
 num. 21. de Clericis excommunicatis ministr. &  
 in praxi, titul. de dispensation. ad plura, num.  
 penultimo, & in titulo gratia rationi congruit,  
 num. 1. Ripa responsion. 12. num. 4. de rescrip-  
 tis; Callador. tit. de causa possession. 4. num. 2.

Socinus consil. 41. num. 3. volumin. 3. Ludonic.  
 Gomez in regula de non iudicando iuxta formam  
 supplicationis, quest. 1. num. 8. Rota in nouissimis,  
 decis. 89. lib. 2. & decis. 11. lib. 2. tom. 3.  
 Rotella verbo, Priuilegium, num. 16. Siluester.  
 priuilegium, quest. 14. Armilla verbo, Priuile-  
 gium, num. 10. Tabiena priuilegium, quest. 10,  
 num. 11. Castillo in l. 41. Tauri, num. 4. & ibi  
 Antonius Gomez num. 2. Nanarrus lib. 5. in 2.  
 edition. titul. de priuileg. consil. 1. num. 1. Bostus  
 in pract. titul. de Principe, Mieres de maioratu  
 1. part. quest. 62. à num. 1. Mascardus de proba-  
 tionibus, conclusio. 845. num. 20. Gutierrez  
 consil. 9. num. 6. Martenzo in leg. 2. glossa 3.  
 num. 1. lib. 5. Recopilation. Auendaño in leg. 43.  
 Tauri glossa 1. num. 1. Molina tom. 3. de iustitia,  
 disp. 599. num. 1. Grassi 1. part. decisio. lib. 1.  
 capitul. 13. num. 51. Sayrus de penitentia, capi-  
 27 tul. 22. num. 3. & post alios Hercules Mareco-  
 tus variarum resolutio. lib. 2. capitul. 40. num. 41.  
 & sequentibus, qui num. 43. firmat Rotam pas-  
 sim contentari & cum sola gratia, absque litterarum  
 expeditione, quæ tantum requiruntur ad effe-  
 ctum probationis, non tamen substantiæ  
 ipsius gratiæ, & fuisse latè deductum per Ro-  
 tam in vna Compostellana Canonicaus 25. Iulij  
 1574. coram Ioanne Baptista de Rubis, testa-  
 tur, latè etiam nouissimè Afcanius Tamburinus  
 in tractatu de iure Abbatum, q. 3. disp. 16. per to-  
 tam, tom. 1.

Apud quos præcipuè Molinam, & Thomas  
 Sanchez, & Hieronymus González, necnon  
 Don Ioannem del Castillo controuersiar. tom. 5.  
 capitul. 67. à num. 69. cum sequentibus, & Nico-  
 laum Garciam de beneficiis 6. part. cap. 2. à n. 296.  
 cum sequentibus, videre poteris abundè,  
 gratia non expiraretiam ante litterarum expedi-  
 tionem per mortem Principis re integra, vbi  
 de limitationibus etiam.

Et quod gratia Principis probati non possit,  
 nisi per litteras, & quia per eius probationem  
 29 requirit scripturam, ita vt non sufficiat per te-  
 stes probati, latè examinati, & ita resoluti post  
 magnam Doctorem ceteram, & Rotæ deci-  
 siones plurimas Mascardus de probationibus,  
 conclus. 845. per totum, apud quem de limita-  
 tionibus præcipuè, quando faciunt litteræ & se-  
 30 mel expedite deperditæ, latè etiam Afcanius  
 Tamburinus de iure Abbatum, quest. 2. disp. 16.  
 per totum, Cochier, ad regulam 25. à num. 14.  
 cum sequentibus, fol. 264. & sequenti, & amplifi-  
 sime per Flaminium Parium de resign. benefice.  
 tom. 2. lib. 10. quest. 1. per totam, vbi multa scitu  
 dignissima videbis, & amplissimè etiam in lib. 8.  
 quest. 2. à num. 8. cum multis sequentibus, vbi ad-  
 ducit infinitos penè Doctores, & Rotæ deci-  
 siones, limitatque à num. 25. Vt procedat  
 quando agitur de probanda & substantia gratiæ,  
 31 non verò quando agitur de probanda eius qua-  
 litate, & circumstantiis, vt tunc per testes suf-  
 ficiat post magnam Doctorem ceteram, pro-  
 cutus limitationis doctrina, videndi etiam sunt  
 Don Ioannes del Castillo controuersiarum, tom.  
 4. capitul. 19. à num. 14. cum sequentibus, &  
 iterum in cap. 120. à principio, Viuaus de iure  
 patronatus, decisio. 10. num. 10. & deci-  
 sion. 41. num. 4. Surdas consil. 168. num. 7.  
 & consil. 268. num. 11. Mascardus de proba-  
 tionibus, conclusio. 1254. num. 5. & in terminis  
 gratiæ

gratiæ probat post Mandosium, Ioannes Co-  
 chier vbi proximè, num. 33. vers. Sublimitanda.

Quare de necessitate iustitiæ prouenit stylus  
 31 huius supremi Senatus; vt litteræ gratiosæ tra-  
 dantur parti, vt illis coram Ordinario vtatur, ad  
 quem in prima instantia cognitionem pertinere  
 reperit, eo quod subscripta non inueniatur com-  
 missio executionis de propria manu Sanctissimi  
 contra formam Concilij Tridentini, sess. 24. de  
 reformatione, cap. 26. quod quotidie practica-  
 tur, & inuolabliter sic à Senatu obseruatur in  
 his rescriptis gratiosis.

Ad iustificationem iam retentionis litterarum  
 33 iustitiæ accedamus, & nam in his, vt diximus  
 in conclusione 2. supra posita, ad Principium  
 huius cap. num. 3. versicul. Si autem litteræ con-  
 tineant, &c. Quia diximus in litteris iustitiæ  
 aliter obseruari debere, nempe vt referentis litte-  
 ris in Senatu, ne illis pars aliquomodo vtatur  
 fiat dumtaxat remissio negotij Ordinario, vt de  
 illo cognoscatur, quando apparet, quod ei sic  
 præiudicium in prima instantia, quia non con-  
 sistat in rescripto de subscriptione proprie manus  
 Sanctissimi (vt dictum est.)

Que quidem conclusio validissima habet  
 34 fundamenta iuri nitentia, & dictantia apud  
 Senatum rescripta iustitiæ, siue commissiones  
 principales, siue monitoriales, remissoriales,  
 aut inhibitoriales, atque executoriales remane-  
 re debere recentia, ne illis cum tanto damno &  
 præiudicio Ordinarij, & rei conuenit futuri &  
 clandestinè pars desuper vti possit (de quo pro-  
 tinus specialiter tractabimus.)

Etenim cum istæ commissiones nullæ sint  
 35 ipso iure ex defectu formæ & subscriptionis, nec  
 eis Delegatus, cui diriguntur vti potest ex de-  
 fectu iurisdictionis, pro ut latè probauimus  
 hac 2. part. capitul. 17. per totum, & cap. 20. à  
 num. 72. versicul. Quibus suppositis non obstant,  
 & scet per totum caput, atque etiam in capi-  
 tul. 6. à principio, maxime à num. 14. cum sequen-  
 tibus. Sequitur, vt coram Ordinario ad nihil  
 prodesset possunt, nec sint alicuius effectus litte-  
 ræ præsentatæ, tanquam nullæ, que etiam  
 ob id nomine carent, l. 4. §. condemnatum, ff. de  
 re iudicata; & que latissimè diximus de Regia  
 protectione, 3. part. capitul. 9. à principio.

Nec parti illas obtinenti aliquid prodesset  
 36 possunt; nam si est principalis & commissio, fa-  
 cta per Senatum remissione, non eius virtute  
 procedit Ordinarij; sed ex sua Ordinaria &  
 naturali iurisdictione, commissionis namque  
 37 vt virtute alteri directæ, impossibile est, posse  
 procedere Ordinarij, pro ut abundè confide-  
 rauius hac 2. part. cap. fin. à principio, præter-  
 tim à n. 5. cum multis sequentibus. Quoniam pro-  
 pterea per Senatum si cause huiusmodi remis-  
 sio ad Ordinarij, eò quod ad eum pertinet vt  
 tale, & de iure Ordinarij principalis  
 cognitio in prima instantia vllatenus impedita  
 per auocationem informem & nullam, pro ut  
 peracutè considerauimus, & copiose scripsimus  
 in dict. c. sine à n. 35. & per multos sequentes.

Cæteræ autem litteræ nempe & monitoriales,  
 38 remissoriales, compulsores, inhibitoriales,  
 & executoriales procedentes, & emanatæ à  
 principali commissione informi, & nulla ob de-  
 fectum subscriptionis proprie manus Sanctissimi  
 eodem modo laborant, & nullæ sunt, &  
 inutiles tanquam procedentes à radice infecta,

que pullulare non potest, iuxta quæ latè dixi-  
 mus de Regia protectione 4. part. cap. 6. à num. 35.  
 cum sequentibus, nam radix infecta arborem &  
 fructum inficit, Ioann. Anton. Magil. de impu-  
 rationibus, quest. 67. num. 15. & exclusâ radice  
 omnia excluduntur ab illa dependencia, Paulus  
 Castrensis in l. illam 19. num. 8. in fin. & n. 9. C.  
 de collationibus. Et peccatum in capite membra  
 39 etiam inficit Sesse decis. 99. n. 4. Atque etiam  
 antecedenti destructo & remoto, eius quoque  
 40 consequens destructum remanet, l. huius rei, ff.  
 de officio eius, l. veteris, ff. de itinere actiue pri-  
 uato, Euerard. in topicis legali, loco 96. Aymon  
 Craueta c. 23. num. 2. Anton. Monach. Floren-  
 tinus decis. 8. num. 16.

Et quia accessorium, siue tractetur de prin-  
 cipali augendo, & siue destructo, aut confir-  
 mando: semper sequitur naturam sui principa-  
 lis, Surt. de alimentis, tit. 9. quest. 31. num. 8.  
 cum sequentibus, & decis. 88. num. 10. Franciscus  
 Leo in Theaur. fori Ecclesiastici, part. 2. capi-  
 tul. 16. num. 70. Antonin. Monach. Bononiens.  
 decis. 27. num. 4. & decis. 28. num. 56. Marius An-  
 tonin. variar. lib. 1. resolut. 72. num. 6. Maltell.  
 decis. 115. num. 6. Gratian. disceptation. forens. cap.  
 281. num. 35. & cap. 937. num. 22. Don Ioannes  
 del Castillo plenè controuers. tom. 6. cap. 168. à  
 num. 3. cum sequentibus.

Maximè quia litteræ istæ sunt à sua principa-  
 li & commissione inseparabiles, Menoch. de re-  
 42 cuperanda, remedio 6. à num. 45. & de presump-  
 tionibus, lib. 3. presump. 97. num. 7. & 8. Gratianus disce-  
 ptepat. forens. tom. 5. cap. 839. num. 24. & 25. &  
 cap. 937. num. 23.

Et propterea sublato & principali corruit ac-  
 43 cessorium, quia eodem modo resoluitur, quo  
 ceatur, l. qui liberis, ff. de vulgaris, l. cum prin-  
 cipalis non subsistit, nec ea que sequuntur locum  
 habent, ff. de regulis iuris, §. fideiussores inst. de  
 fideiussores, Surtus consil. 93. num. 1. & con-  
 sil. 398. num. 5. Franciscus Beccius consil. 52.  
 num. 107. Mandellus de Alua, consil. 217. num.  
 12. & consil. 271. num. 3. Tuschus litter.  
 A. conclus. 76. ex num. 8. cum sequentibus, &  
 conclus. 78. num. 6. Menochius cons. 8. num.  
 135. & consil. 38. num. 14. & lib. 1. de presump-  
 tionibus 21. num. 5. D. Ioannes del Castillo  
 controuersiar. tom. 6. cap. 168. à num. 12. cum  
 sequentibus, vbi etiam latè & num. fin. Quod  
 destructa, seu annullata principali dispositio-  
 ne, & omnes clausulas in ea contentas nullas, 44  
 & destructas manere, quia accessorium pariter  
 confunditur, & resoluitur cum suo principali,  
 latè etiam Augustinus Barbosa axiomat. 4. num.  
 12. & num. 13. & à principio, l. 1. & 2. ff. de pec-  
 culio legato, ibi: Nam quæ accessorium locum ob-  
 tinere extinguuntur, cum principales res preceptæ  
 fuerint: & infecta primitiua infecta etiam cen-  
 sentur detinuita, & pro quo plurimas elegan-  
 45 tes doctrinas congetit Hieronym. González  
 de alternatiuis, glossa 31. à num. 29. cum multis  
 seqq.

Et in specie acta facta à Iudice iurisdictione  
 carente & nulla esse probant, l. falsum à iudi-  
 ce, ff. de regulis iuris, l. 1. Cod. si à non compe-  
 tente iudice, l. 1. Cod. de iurisdictione omnium  
 iudicum, l. 2. Cod. si aduersus sifcum, l. 1. Cod. de  
 pet. iudic. l. 2. Cod. de panis, l. si pater, Cod. ne  
 de statu defuncto. l. Procurator. C. vbi causa status,  
 l. 2. cum duabus sequentibus. C. de modo militan.



latè Sebast. Vantius de nullitate sentent. tit. ex defectu iurisdiction. & unde, &c. num. 33. 45. & sequentibus, nam. 48. & num. 52. Sigismundus Scaccia in tractatu de sententia, & re iudicata, glof. 7. 7. 1. à num. 10. fol. 155. qui plures allegant, & alibi passim per Doctores.

47 Et in terminis quod gesta s̄ à Delegato vel Legato contra formam Trident. sint nulla ipso iure; disponit Concilium Trident. in dist. 6. 20. post medium, ibi: Aliis eorum processus, ordinationesve nullius momenti sint, &c. Idemque decrevit Leo Pontifex X. in vna Constitutione, per Nos ad litteram relata suprâ hac 2. part. capitul. 5. à num. 7. vers. Quare ut provideret, &c. ibi: Anquàm & illarum etiam aliarum causarum huiusmodi commissiones in posterum huiusmodi commissiones in posterum, & quidquid inde sequutum fuerit, nullius sit roboris & momenti, &c. De cuius commissionis, & omnium inde consequentorum, & derivatorum nullitate abundè scriptimus hac 2. p. cap. 6. à num. 14. cum multis segg.

48 Hæ itaque litteræ cum nullæ sint, inefficaces & penitus ÷ inutiles ad causam Ordinario remissam, quia iste denuò incipit de ea cognoscere, à quo propterea præcisè nouæ debent monitoriales, compulsoriales, & remissoriales emanare; frustra earum desideratur simultanea remissio, ad nihilum enim valent vltra, nisi vt mittantur foras. Atque ideo nullatenus Ordinario remittendæ.

49 Frustra enim expectatur id, cuius euentus nullius est effectus, ÷ atque nihil potest operari, l. aliquando, §. final. ff. ad Velleian. l. si quis ita scripserit, ff. de hered. instituend. l. cum heredes, §. 1. ff. de acquirend. hered. l. non videtur, ff. de iudicis, l. fin. C. qui admitti cap. cum contingat, de officio Delegati, Surd. decis. 184. n. 8. Francisc. Molinus de ritum nuptiar. lib. 1. comparation. 10. num. 57. Matfil. conf. 51. licet nondum, num. 17. Cardin. Tusch. tom. 4. littera E. conclus. 520. num. 1. Barbosa axiomat. 84. num. 3.

50 Nec factum quod non releuat ÷ fieri debet, l. ad probationem, C. de probationib. l. aliquando 13. §. fin. l. debitor 24. §. fin. ff. ad Senat. Consul. Velleian. l. apud Iulianum 11. §. fin. ille à quo 13. in principio, l. hæc stipulation. 14. §. Dicus, ff. ut Legator seu fideicommissi nomine caueatur, cap. per tuas 32. de simonia, Petrus Surdus decis. 260. num. 5. cum sequentibus, Ioannes Baptista Costa de facti & scientiæ ignorant. inspektion. 31. per totam, Aloisius Riccius part. 7. collectanea 2497. versic. Et factum, quod non releuat.

51 Imò potius istæ litteræ iustitiæ non solum parti non sunt per Senatum tradendæ, eò quòd inutiles eidem sint omnino, ÷ & penitus inefficaces, vt dictum est, sed ex alio capite omnino penitus denegandæ, & in Senatu retinendæ, facta Ordinario causæ remissione dumtaxat, ne illis aliquando, & clandestinè atque fraudulenter vtatur pars impetrans citando reum, aut compulsando acta, & similia, & illis reproductis in Rota illa, vt assolet his in casibus, contra reum recurrentem ad Concilium Regium solito odio & rigore vtatur, prosequendo causam contra illum (inaudito, & legitime excusato) per iudicium contradictarum, provt defingulis lucidissima habuimus exemplaria per varias Rotæ decisiones, quas in vnum con-

gestissimus suprâ hac 2. part. 20. à principio. Hoc enim grauissimum inconueniens est damnum & præiudicium ÷ infertens notabile partibus innocentibus, charitatiuè huic recursum, Regisq; & eius Supremi Senatus autoritati, quod penitus & radicitus cuiari debet, obuiando principiis, ne detur occasio turbationi status Ecclesiastici in perniciem Reipublicæ; provt hæc, aliæque plurima in proposito considerauimus variis iuris fundamentis comprobata in dist. cap. 20. per totum. Ideòque talia hæc inutilia, & nulla rescripta in Senatu retinentur, ne aliter incidamus in periculum minans, & instans.

53 Quam tamen resolutionem ÷ limitabis in casu, de quo Nos in cap. 28. à num. 23. & sequentibus, & in similibus eiusdem rationis, provt Nos hanc conclusionem similiter limitauimus ibidem. Vt semper quod monitoriales veniant contra plures, si aliquorum tantum causa Ordinario sit remittenda de iure, aliorum tamen non tunc tradendæ sunt monitoriales, aliæve receptæ iustitiæ parti impetranti, vt illis queat vti coram suo Delegato contra eos, quorum causa non sit Ordinario remissa, à ratione cessante, de qua in hac resolutione, & à ratione vigente de qua in prima, cum iam horum respectu inuiles non possint dici litteræ Apostolicæ iustitiæ.

54 Secundo limitabis hæc ÷ conclusionem secundam, quando executoriales legitime expeditæ sunt à superiore, agitur tamen coram eo ex eisdem actione in factum contra condemnatum, ibidem tamen in loco superioris non reperitur, vt requiritur iuxta rigorosam iuris rationem disputandi, provt disputauimus infra, cap. 29. à num. 29. Qua stante hæc executoriales per Senatum tradi deberent victori, vt illis vtatur coram Ordinario, de qua limitatione latius egimus infra hac 2. part. cap. 8. à num. 23. cum sequentibus. Quæ rectè procederet casu, quo Ilyus Tribunalium admitteret illam resolutionem iuris subtilitate fulcitam & comprobatam, quam disputauimus infra dist. cap. 9. à num. 19. cum segg. sed cum vt ibidem, & num. 30. animaduertimus, stylus prædictus adlit in contrarium, ideoque dictæ limitationis doctrina non verificabitur in hoc casu, in quo executoriales non remittuntur Ordinario, etiam si ex eis agatur actione in factum coram superiore eas expediente.

55 Ithæc ergo distincta resolutio, & discrimen inter litteras gratiæ, & litteras iustitiæ, quoad remissionem; ÷ vel retentionem satis abundè fundata, & fœlicita remanet, ex ea tamen noua alia exortitur difficultas, quidnam sit dicendum, quando in ipsis litteris meræ iustitiæ insertæ veniant litteræ gratiosæ, an sint omnino tradendæ per Senatum parti, vt illis coram Ordinario vtatur. Finge pro maiori claritate, gratiam quis obtinuit à Sede Apostolica super quodam beneficio, expediti litteras gratiæ commissa executione cuidam ministro Romanæ Curie, absque tamen subscriptione propriæ manus Sanctissimi, iste Iudex expedit monitoriales contra possidentem in partibus, in quibus monitorialibus inserit gratiam, quibus alatis in Senatu ob defectum prædictæ formæ Ordinario in prima instantia causam remittit, an simul huiusmodi monitoriales parti tradendæ,

dendæ, vt illis coram Ordinario vtatur, sicut diximus in primo membro huius capituli, de litteris ipsis gratiosis originalibus, quibus simul inserta est specialis executionis commissio, informis tamen & absque forma Concilij Tridentini.

56 Et videtur affirmatiuè dicendum, tum à ratione cessante in litteris meræ iustitiæ, ÷ de qua hæcenus in hoc fecimus & militante in litteris gratiæ, de qua in principio huius capituli, quoniam iam dici nequeunt hæ litteræ inutiles, & inefficaces, cum in illis remaneat pars principalis gratiæ intacta, quæ deferretur ad eius probationem, & ad iuris impetrantis munimen; igitur tradi eidebent.

57 Contrarium tamen verius de iure censeo, quia inter litteras ÷ gratiæ Originales, quibus accessoria appositæ est executoris commissio, & has litteras monitoriales, quibus venit inserta gratia; multum interest, maximeque datur discrimen, & rationis differentia clarè patet, nam litteræ originales gratiæ ideo traduntur per Senatum parti, quia vti originales fidem faciunt, & probationem; & potest pars impetrans ex eisdem vtiliter agere, & se tueri, & ins suum prosequi. At ita litteræ ÷ monitoriales principa-

58 literè iustitiæ, quibus incidenter inserta venit gratia, non sunt eiusdem gratiæ originales; sed copia & transcriptum minus solemniter, transcriptum sine partis citatione, & à diuerso ministro atque notario assumpto per Iudicem Delegatum, ad hanc dumtaxat effectum, vt referretur de actis executionis gratiæ, & non ab eomet, qui litteras originales gratiæ confecit, quæ quidem non probant, nec in iudicio fidem faciunt, provt abundè diximus hac 2. part. cap. 24. à num. 33. cum sequentibus, vers. Comparatur insuper nam isti, &c. vbi plenè tractauimus de septem requisitis, quæ interuenire debent in transcripto, vt fidem faciat, præcipuè de citatione partis, & de identitate tabellionis, de originali rogati, quæ omnia mirè huic nostro conducunt videnda; igitur à ratione cessante argumentum retorquetur, cum istæ monitoriales inserta gratia fidem non faciant in iudicio, nec probationem sui iuris ex eisdem aliquem assumere possit impetrans, ideo vt penitus inutiles ad causam principalem omnino retineri debent in Senatu, permanent enim in metis terminis litterarum iustitiæ dumtaxat, de quibus indicandum erit, ac si gratia ipsa inserta non fuisset.

59 Quod comprobatur; quoniam etsi instrumentum reperitur insertum ÷ in privilegio Principis, non probat nisi fuerit insertum de consensu partis, de cuius præiudicio tractatur, aut ea legitime citata, nisi appareat originale; auctor est Crauca de antiquitate tempor. 1. part. sessione 8. num. 19. versic. Quid instrumentum, vbi allegat recentiores in cap. venerabilis, vbi etiam Decius col. fin. num. 15. de confirmat. vtili, vel inutili, quos sequitur Mascard. de probationib. conclus. 919, num. 1.

60 Et generaliter tenor instrumenti, qui reperitur registratus ÷ in alio instrumento, nam eisdem non probat nisi registratus fuerit autoritate Iudicis parte citata ad id, & non contradicente, nec opponente, vt dicit Ioannes Andreas in additionibus ad speculator. §. 1. sub n. 5. in verbo, Essemus, littera E. tit. de rescripto præ-

sentatio, vers. Sed obicitur, quem sequuntur Bartol. in l. Chirographis, ff. de administrac. tutor. Imola in cap. cum in iure, de officio Delegati, col. pen. Alexand. in cons. 6. incipit, ponderatis his, col. 2. num. 8. vers. Quinimo plus dixit, lib. 4. Narca in cons. 143. vertitur lio, num. 3. vol. 1. Mascardus de probation. dist. conclus. 919, n. 1.

61 At tamen instrumentum, ÷ quo aliud referretur absque citatione, & præsentia partis non contradicentis non probat, nec fidem facit, nisi constet, & appareat instrumentum relatum; ita per textum in authent. si quis in aliquo documento, C. de edendo, probant Doctores ibi præsertim Lafson; Iacob. de S. Gregor. & Purpurat. num. 77. Bellon. in cons. 35. num. 3. Lanfran. de Orian. in praxi de instrumenti productio, cap. 9. num. 34. & sequenti, latè Berotus in cons. 87. num. 11. volum. 2. Callanens in consuetudin. Burgund. 63. num. 19. cum sequentibus, Petrus Foller. in tractat. consual. in versicul. Tenoris conuenientia sequentis, num. 12. cum pluribus sequentibus, & per leg. optimam, C. de contrahend. & committenda stipulatione, sic declarat Cepola in cons. 38. num. 12. in cõill. & Socius Senior. in cons. 266. num. 1. volum. 2. Ioseph. Mascardus de probationibus, conclus. 924. num. 1. 2. & 5. & fere per totam conclusionem, vbi plura reperies in huius doctrinæ comprobationem.

62 Et quod instrumentum in alio relatum non probet, ÷ nisi de originali appareat, probant insuper Covarruias practicarum, capitul. 21. num. 2. vers. Quod si fiat, Tiraquel. de reuocatu lignag. §. 2. gloss. 1. num. 107. Surdus decis. 231. Duchas regula 280. D. Ioannes del Castillo controuersar. lib. 2. capitul. 16. num. 60. Gutierrez consil. 23. num. 9. Morla in emporio iuris, part. 1. tit. 11. de fide instrumentorum, quest. 1. num. 12. Mantica de tacitis conuention. lib. 7. tit. 4. num. 7. Surdus decis. 231. num. 2. Caldas Pereira de emption. & vendition. cap. 35. à num. 48. Cardof. in pract. in verbo, Instrumentum, à num. 21. Gratian. disceptat. forens. cap. 363. à n. 10.

63 Tum etiam quia si ex defectu formæ, & iurisdictionis litteræ ÷ ipsæ monitoriales sunt nullæ, nullumque iuris effectum producent, nec fidem faciunt, vt latè diximus de Regia protectione, 3. part. cap. 9. à num. 9. cum multis sequentibus, quæ fides eisdem dari potest, quoad accessoria & incidentia in eisdem contenta?

64 Etenim iuris est regula, quod annullato principali instrumento, resoluuntur omnes clausulæ ad illius utilitatem, in eo contentæ; Petrus Surdus decis. 7. num. 28. & 29. Tiraquel. de constitut. possess. part. 3. limitat. 7. num. 28. & sequentibus, Ludonil. Callanate in cons. 54. n. 40. & consil. 55. num. 30. cum aliis per Dominum Ioannem del Castillo controuersar. tom. 6. cap. 168. à num. 13. & cum Gozadino, & Tuscho, Augustinus Barbosa axiomat. 4. num. 13. & est text. mirabilis in l. sicut, ff. de fundo instructo, vbi reuocato legato fundi, censetur etiam reuocatum legatum instrumenti accessorie relictæ, quem merito exclamant Callanate, & Castillo locis citatis. Igitur ad nihil potest illis fides adhiberi, & quando defecit iurisdictione in Iudice, cuius autoritate insertæ ÷ sint litteræ gratiosæ in monitorialibus per Notarium, quod nihil probent; expressè determinant Rotæ decisiones relata in vna Tridentina, quas pauld post ad litteram adducemus à num. 71. cum sequentibus, versicul.



Ad qua optima est, & in versis. Qua decisio, &c. à num. 84.

Et quod ista monitoriales à Romana Curia emanate expeditæ super gratia beneficij per alium possessi (quibus indubie semper inferuntur gratiæ) quando percipiunt primam instantiam Ordinarij; sint in Senatu retinendæ; in terminis probat, & de praxi testatur Gaudisalus de Paz in prax. 2. como. preclud. vltimo, num. 11. in principio, & ante finem, versiculo, Sed si in probatione non consistat, fol. 12. col. 4. quem Doctorem sic explicat, & declarata iuxta discretiâ, & distinctas resolutiones hæcenus hoc cap. descriptas.

Probat deinde, quia etiam ad exercitium 67 iurisdictionis requiritur (per presentatio litterarum originalium, vel aliâs authenticarum, solemniter nempè transumptarum, ita vt non sufficiat transumptum factum, seu subscriptum à Notario, probant Abbas num. 6. & Felinus n. 8. & 9. in cap. cum in iure peritus, de officio Delegati, Ludouicus Gomez in cap. statutum, num. 60. de rescriptis in 6. Nicolaus Garcia de beneficiis 6. parte, capitul. 2. num. 16. Rota vt per Fatinicum in posthumis, tom. 1. decis. 495. n. 2.

Imò nec processus fulminatus (sufficit, quo 68 ipsa litteræ Apostolicæ sunt insertæ; nec sumptum in forma vidimus, parte opponente, nisi de originalibus doceatur, Achilles decis. 53. & in decis. 419. Puteus decis. 246. lib. 2. Crescentius decis. 1. de officio delegati, & in decis. 1. de probationibus, Mandosius de signatura gratiæ, tit. de traslat. penson. vers. Quarto quo clausula, Flaminus Partius de resignat. benefic. lib. 5. quest. 4. num. 28. Nicolaus Garcia dicit, capitul. 2. num. 12. & facit Rota in vna Bononiens. translation. penson. per eundem adducta 1. part. cap. 5. n. 257. de cuius doctrinæ iustificacione altius tractatur in decis. Tridentin. statim ponenda, & idem de 69 copia priuilegiorum tenuit Rota in vna Lucana pensonibus 17. Februarij 1592. coram Orano adducta per Pacificum de Saluiano interdict. decis. 205. num. 9. & in nouissimis, Fatinacij decis. 689. Nicolaus Garcia vbi proximè, n. 13.

Nam iuris certa regula est, quod licet adquiretur iurisdictionis potestas (per tempore datæ, procedere tamen non potest Iudex absque eo quod sibi præsententur litteræ originales, nec antea acquirat iurisdictionis exercitium, cum non aliter quam ex eisdem litteris debeat constare, & probati potestas sibi data, cap. super eo 2. de appellationibus, ad finem, Ioannes Andreas in cap. eam te de rescriptis, in fin. Cotra- 70 sius 4. part. capitul. 1. num. 22. latissime Antonius Gabriel. in communibus conclusionibus, titulo de executione rei iudicata, conclusionibus 3. Molina de iustitia & iure 3. tom. disp. 599. num. 2. Romanus consil. 353. num. 7. & 8. Felinus in cap. eam te, num. 21. & in cap. suscitatus, num. 12. de rescriptis, & in cap. final. num. 39. de presumpcionibus, Mandosius regula 27. quest. 17. num. 4. & regul. 31. quest. 1. qui plures refert, Molina de Hispanar. primogen. lib. 2. capitul. 7. num. 58. Rota decis. 12. de prabendis, in nouissimis, Garcia 7. part. capitul. 2. num. 7. cum sequentibus. Quare cum originales litteræ faciant dumtaxat probationem, aut transumptum authenticum cum requisitis, & solemnitatibus necessariis, hæc, quæ simpliciter insertæ veniunt in monitorialibus, non possunt fidem facere, cum solemniter

ter & debito modo non sint transumptæ, vt dictum est, maxime opponente parte, vt de processu fulminato paulo ante diximus.

Aique optima est Rota decisio in vna Tri. 71 demin. beneficij del. Rofal. 12. Decembris 1594. coram D. Penna, quæ sic ait in hæc: Aparitius de Siten. ad fundandam litem narratam in gratia, si neuri, quæ impetrauerat à felic. recordation. Sixto Papa V. de hoc beneficio, vtbeatur deceto quodam citationis Ordinarij Tridentin. cui litteræ gratiæ, Si neuri, & directæ fuerant, 72 quod eum ad effectum excludendi litem necessario verificandam ad sustentandam gratiam, nullam profus, & inuallidam fuisse prætenderet Alphonsus de Samaniego, vtraque parte super dubio dando informante, dubitanti; an coram Ordinario Tridentin. fuissent præsentatæ litteræ originales, vel aliâs authenticæ, vt decretum citationis illarum vigore factum foret legitimum & validum ad dictum effectum litem introducendæ; Et domini vtraque parte informante censuerunt, non constare coram Ordinario fuisse præsentatas litteras originales, vel aliâs authenticas, & propterea decretum citationis illorum vigore factum fuisse nullum, quia Gregorius, qui die 27. Iunii, anni 1587. nomine Aparitij comparuerat coram Ordinario ad notificandam ei gratiam Aparitij, & pendentem executionem quidem gratiæ, solum exhibuit (per quodam prædictæ prouisionis subscriptam per quendam Balthasarem Rodriguez assertum Notarium, qui asserbat prædictas litteras Apostolicas, sua propria manu fideliter ex proptis originalibus transumptisse, & rogatum subscripsisse; hinc enim constabat, coram ordinario non fuisse productas litteras originales, ideoque iudicem nulliter citationem decreuisse, cum non aliter habuerit (per iurisdictionem, vel eius exercitium, nisi originali, vel authentico rescripto sibi solemniter præsentato, Rota decis. 20. de concessione prabendæ in nouissimis, decis. 4. de officio Delegati, in antiquis. Agidius decis. 110. vers. Circa tertium dubium, Felinus in cap. eam te, num. 21. de rescriptis, & in cap. suscitatus, num. 12. & 13. eodem tit. Cassiodor. decis. 8. num. 10. & sequent. de restitu. spoliator. & decis. 23. super regulis, Crescent. decis. 5. num. 4. de fide instrumentor. idem decis. 23. de concessione. prabenda, Archill. decis. 2. de officio Delegati, Romanus consil. 353. num. 8. Et ratio est, quia executor certus esse debet de sua iurisdictione per exemplar, & non per exemplum 75 minus solemniter præsentatum, maxime cum rescripti præsentatio sit de processu, & illius 76 potissimum fundamentum; ideoque fieri debet solemniter per manum publici Notarij, & cum appositione testium, cum iudici non credatur, Speculator de rescripti præsentation. n. 3. 4. & 5. Eo verò magis defectus appareat notus, quia diu constabat, quod in actis Iudicis Commissarij fuissent exhibitæ Bullæ originales, cum citatione per eum decreta solum reperiretur inserta copia prædictarum Bullarum, nam idemille Balthasar Rodriguez assertus Notarius, asserbat se fideliter transumptisse illud transumptum ex alio transumpto processus originalis, quod euidenter quoque demonstrat differentiam inter copiam exhibitam, & copiam copiarum insertam in dicta citatione, quia in copia exhibitâ decant subscriptiones expeditorum Chancellarum,

tia, quod planè ostendit, illud non fuisse originale, nec copiam originali conformem, in copia verò copiarum insertam citationem, subscriptiones sæpè dictorum legabantur, quia iste defectus tollebat ex assertione Iudicis dicentis in principio decreti citationis, fuisse electum Iudicem vigore vnus Ballæ Apostolica Sixti Papæ V. scriptæ in pergamento, & lingua Latina, cum quodam sigillo plumbeo pendente ex filis ferreis rubri, croceique coloris: quia ex 77 his non inferrebatur (per ad realem productionem dictarum litterarum coram illo, cum potius viderentur verba Notarij in similibus citationis decretis de stylo apponi solita, quod colligebatur præterea ex illis verbis in citatione sequentibus, cuius quidem Bulla tenor est, qui sequitur; & tamen non sequebatur ibi nisi tenor alterius copiarum, vt supra fuit offensum, pro quo faciebat consuetudo ultra montes vigens, per quam, vt ait Crescentius, decis. 87. incipienti, Executor gratiæ extra Italiam omnes litteras Apostolicas, sed neque authenticam litterarum copiam fuisse præsentatam coram Ordinario ostendebant plures defectus solemnitarum requisitarum (per in transumptando. Rursus non constabat prædictum Balthasarem Rodriguez, qui transumptam fecerat, fuisse Notarium, nec erat verum illud fideliter transumptisse, cum liquet inter copiam exhibitam, & copiam copiarum in citatione insertam esse varietates, & differentias supra relatas.

Vnde nulla eis poterat (per adhiberi fides, nec prædictis obstat Rota decis. 4. de concessione prabendæ in antiquis, quod etiam sine copiarum præsentatione valet processus, dummodo postea quocumque litteræ producantur, & de illis constet, quia respondebant Domini, illam decisionem fuisse reprobam, Felin. in cap. suscitatus, n. 13. de rescriptis, Crescentius decis. 598. incipienti, pensonibus translation. Romanus consil. 353. n. 6. Rursus non obstat decisio Achilles 2. de officio Delegati, vbi Rota tenuit, valere translationem pensonibus (per factam coram executore vigore processus fulminati, in quo erant insertæ litteræ Apostolicæ; quia respondebatur, primò insertum litterarum in processu fulminato maiorem habere vim, quam transumptum factum à Notario, cum processu fulminato Iudex attestaretur, se vidisse litteras originales, eaque inseruisse, & sigillum suum appoluisse, vt declarat Puteus decis. 246. n. 3. lib. 3. Concurtebant præterea in illo casu multa adminicula, quibus suadebatur credendum fuisse inserto, Casaneu decis. 71. postremò cum fuisset processum extrajudicialiter sine partis citatione, licebat peragere actum translationis pensonibus, Achilles decis. 2. Puteus decis. 246. num. 3. vers. Non obstat, lib. 3. In casu autem proposito Iudex executor non 81 poterat exercere actum (per sine legitima citatione, præterea nec decretum citationis poterat sustineri vigore ordinariæ iurisdictionis, quia 82 cum processerit tanquam Delegatus (per ad iurisdictionem delegatam se restrinxit, fecit enim actum tanquam Iudex Apostolicus vigore litterarum, & ideo nulliter processit ex prædictis Hostiensis, Imol. Abb. & alij in cap. cum ex officio, vbi Felinus n. 25. vers. Quarta conclusio, de prescriptioibus, nam qui potest procedere ex potestate valida, & procedit ex potestate inuallida, ad quam se coarctauit, nulliter procedit, Puteus decis. 383. n. 3. lib. 2. Romanus consil. 343. n. 5.

Postremò non obstat doctrina Specular. in rubrica de rescripti præsentat. lib. 2. & tit. de instrumentum. editio, §. nunc videamus, num. 11. tradentis modum procedendi in similibus actibus, (per vt scilicet litteræ originales transumptentur, ex quo non possunt in actis relinqui, & transumptum paratur in actis, ex quo fiat illud transumptum in decretum citationis inferendum, quæ omnia licet obseruasse Iudex videbatur, quia fuit responsum, veram esse doctrinam Specularioris, cum tamen non excludere solemnitates requisitas in transumptando, nec veram & realem productionem litterarum originalium, quæ proposito casu non fuisse seruata, satis liquebat ex supradictis.

Quæ decisio multa vtilissima in se comprehendit omnino necessaria, (per vt sciamus quando transumptio litterarum Apostolicarum fides sit danda, vel non; quam decisionem adducit ad litteram in alio proposito, Nicolaus Garcia de beneficiis 6. p. cap. 2. num. 7. aliam etiam adducit, n. 18. in hac eadem causa Trident. quæ cum magis ad nostrum propositum (per conduceret, inferere voluit, vt magis doctrina nostra, de qua hæcenus, clucescat, qua decisione in eadem Trident. 10. May 1595. coram D. Corduba fuit per Rotam decisum in hæc: Standum esse in decisio rationibus adductis in dict. decisione, constat, quod Iudex non fuit certus de iurisdictione sua, cum non fuit præsentatum originale, quod ex inspectione bene probatur ad tradita per Alexand. consil. 55. n. 2. lib. 5. Aimon. 107. num. 19. Nam præsentatio (per rescripti debebat fieri solemniter per manum publici Notarij, & cum appositione testium, & quando hoc deficit, Iudex non potest dici certus de iurisdictione. Neque obstat quod præsumitur originale præsentatum, (per iudicem certum de iurisdictione per inspectionem originalis, eo ipso quod pars Alphonfi comparuit nihil opponens de defectu iurisdictionis, & quod originale non fuisset præsentatum, quo casu intrat doctrina tradita per Henriquez n. 4. Abb. Felin. & Bellam. n. 10. in cap. cum iure, de officio Delegati, dicentes, quod si pars comparcat ante sententiam, non opponat de defectu iurisdictionis, sed quod originale non fuisset præsentatum; si velit opponere post sententiam non potest, nam Domini duos terminos considerabant, alterum quod productio iniurium (per sit de actis, alterum quod sit de actis instrumentis, quæ producuntur. Quod ad primum dicendum est, fieri de actis statim, quod est facta productio parte citata, & sic non potest dici de actis instrumentum, vt per Mohed. decis. 1. de procuratoribus. Quoad secundum iura sunt de actis, si registrantur solemniter in illis, vt per Bellam. sup. n. 7. & inde iurisdictioni Iudicis consideranda est respectu Iudicis, & respectu partis respectu Iudicis productio debet esse de actis, & fieri per manum Notarij publici cum appositione testium, ad tradita per Specular. vbi supra. Et respectu partis, si opponat, debet (per instrumentum verificari, & registrari, vt tradit Bellam. n. 8. licet verò non constet de productione, & actu productionis, sed de comparitione quadam coram dicto Iudice, & de actu extrajudiciali Iudicis sine testibus, cui asserenti se fuisse deputatum vigore Bullæ delegationis, non est standum, nisi prius constet de delegatione, quia



quia Delegato non competit iurisdictione cum effecta, nisi post presentationem litterarum, *cap. super eo. de appellat. & inde tollitur obiectum quod cum pars fuerit citata ad dicendum contra, & apparuerit, & nihil opposuerit, iudex potest procedere, cum enim iudex ante dictam presentationem litterarum non habuerit iurisdictionem, & consensu partium non potest validare processum, l. priuatorum, C. de iurisdictione omnium iudicum cum vulg. tenet in expreso Francus in dict. cap. super eo, col. 6. & ibi Decius, num. 28. & agitur de conferendo iurisdictionem, quam privati & dare non possunt, Felinus *cap. ceterum, num. 21. de rescriptis*, & testatur communem Gabriel. de executione rei iudicate, *conclus. 3. num. 3.* Cum ergo dicto iudici fuerit presentatum transumptum, ex alio transumpto processum originalis, Domini resoluerunt standum esse in decisio, cum illi non poterit de sua iurisdictione constare ex supradictis. Haec tenet de hac decisione.*

Et in eadem Trident. est alia decisio, coram eadem Dom. Cordub. 9. Iunij 1595. ubi id confirmatur, quæ est 610. nouissim. Farinacj, est etiam decisio in causa Abulen. pensionis 11. Maij 1600. coram Domino Sacrato, de qua testatus Nicolaus Garcia de beneficiis 1. p. cap. 5. num. 10. & alia Oxomenf. translationis pensionis 19. Iunij 1606. coram Domino Macenedo relata à Garcia de 5. num. 147. Quæ decisio post medium sic ait: Vnde hoc dato per me dubio, an mandatum auditoris Camerae ad fauorem Melchioris sit exequendum, Domini vtraque & parte informante resolverunt, non esse exequendum vti nullum & inualsum moti respectu nullitatis, tum quia de reservatione alicuius pensionis ad fauorem Melchioris non constat in actis, propterea requiritur pro validitate sententiæ, etiam si executio agatur, Achilles *decis. 4. de rescriptis. n. 4. Mandofus ad regulam 3. Chancellerie. q. 7. n. 2. vers. Hinc voluit Rota*, & propterea in simili fuit tenent in illa Roman. *conf. 4. Decembr. 1595.* etiam R. P. D. Pamphilio, nec quoad suffragari potest Melchiori & copia illa asserti motus proprij, quæ in actis reperitur, siquidem quia est copia simplex non recognita, & caret citatione ad dicendum contra, quo fit, vt minime de actis esse dicatur, nullamque prorsus fidem faciat: ita Doctores in *authens. si quis in aliquo documento, C. de edendo, Cassiodor. decis. 7. in fin. de appellat. Cælar. de Grassis decis. 3. n. 7. de restit. spol. & Roman. conf. 5. 19. per totum. &c. & tradit nouissimè Gratian. *discept. forens. c. 170. num. 17.* & accedit quod ait Gutierrez *practicar. lib. 4. q. 9. num. 10.* Quod cum ad probationem*

94 & gratiæ & privilegij requiratur scriptura originalis, presentanda est, & non sufficit testimonium ipsius, in vna tamen *Laudens. pensionis de mense Ianuarij 1601.* coram Domino Penna fuit resolutum, quod executor transferens pensionem satis est certificatus de sua iurisdictione, licet non fuerit ei presentata litteræ originales: si tamen fuit ei presentatum transumptum extractum à Notario Camerae, & sigillo camerarij roboratum, cum clausula, quod illius copijs siue sumptis manu alicuius publici Notarij authenticatis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis adhibentur fides, & sic erat in forma probanti, &c.

Deinde quia hæ litteræ non sunt in monito-

rialibus insertæ ad finem, & vt eis agatur, & tractetur de causa principali, & de substantia gratiæ, sed dumtaxat ad finem & ad effectum probandi iurisdictionem Iudicis Delegati, iuxta text. in c. cum in iure peritus, & ibi communiter Doctores de officio Delegati, & sic in alio diuerso non probat, nisi originales appareant, Ioann. Gutier. in *consl. 2. 3. num. 8. & 9. Molphest. in summa morali tit. de iure patronat. num. 45. post Verall. & Seraphin. Riccius in tract. probat. iur. patronat. resolut. 18. num. 4.* Et quando & commissio in monitorialibus inseritur, vltra non probet, quàm ad illum effectum validandæ citationis, videnda quæ diximus infra *cap. 30. §. 4. prope finem.* Conducti quod exceptio modificatiua opposita ad vnum finem, potest postea ad diuersum in executione opponi, Nos de Regia protectione 4. part. *capitul. 7. n. 71.*

Ex quibus mirabilibus Rotæ decisionibus tres deducuntur conclusiones, & quæ omnino conueniunt his omnibus, quæ à principio huius quæstionis vltimæ, atque per eiusdem resolutione subtiliter ascertainamus.

Prima quod litteræ originales, vel transumptum authenticum, & & solemniter transumptum adhibitis requisitis iuris dumtaxat in iudicio fidem faciunt, & probationem, non autem transumptum minus solemne.

Secunda quod litteræ gratiæ insertæ in processu fulminato, monitorialibus, & alijve actis judicialibus, non faciunt fidem, nec probationem legitimam, postquam oppositum est à parte de hoc defectu, nisi insuper ostendantur, exhibeantur & presententur eadem litteræ gratiæ originales, vt constat ex priori decisione Tridentina, & ex Doctoribus citatis superius à n. 68. *vers. Imò nec processus fulminatus.*

Tertia, quod quando defectus adest iurisdictionis, & tunc nec monitoriales, aut decreta citationis, nec multò minus litteræ gratiæ in eisdem insertæ habent aliquam facere possunt, etiam vbi alias fidem facerent, & etiam si à parte non fuerit oppositum de hac exceptione, propterea ex vtriusque decisionibus, manifestè patet; ergo multò magis vbi deficit iurisdictione in fundamento, quia in commissione fuit forma subscriptionis propriæ manus Sanctissimi iuxta decretum Concilij Trident. in dict. *cap. causa omnes*, & quæ à principio huius capituli deduximus; & huic conclusioni directè consonant fundamenta apposta sursum à num. 35. & sequentibus, & in aliis locis ad quæ Nos remissimus ibidem, videnda omnino.

Quæ omnia nota, & mente tene, quoniam vtilissima sunt, & ad plurimam deseruiunt militanti in hoc supremo Regio Consilio, quo frequentissimè contingit dubitari, quando his transumptis fides sit adhibenda, & frequenter in multis causis Senatus appetit originales litteras gratiæ.

Tum etiam deseruiunt omnia, vt sciatur ex quibus litteris potest pars vti, ageretur coram Ordinario, postquam per Senatum cause in prima instantia sit remissa ob defectum subscriptionis, atque etiam quæ litteræ gratiæ transumptæ sint parti tradendæ, vt illis coram Ordinario vtatur, quæ verò retinendæ sunt in Senatu facta eidem causæ simpliciter remissione.

Quid autem sit dicendum de his litteris monitorialibus, in quibus attestatur Notarius Apostolicus

licus & fuisse subscriptas de propria manu Sanctissimi; alioquin petit indagationem, & speciale examen, de quo infra hac 2. part. *cap. 30. §. 4. per totum*, latius erit videndum, & accuratè examinandum, quia pluries contingit hæc difficultas, casusque continet confusionem discretiue exaggerandam.

Atque tandem pro corone huius capituli illud erit animaduerendum, quod si forte in discurfu huius secundæ partis, dum de remittenda causa Ordinario inter loquendum de litteris iusticiæ dixerim aliquando litteras remittendas per Senatum Ordinario; inaduertenter dixisse intelligas, & loqui aduertat de causa dumtaxat retentis litteris in Senatu iuxta regulas, & limitationes in hoc *cap. à principio*, & ad eas reducendum erit, quidquid diximus alibi circa harum litterarum retentionem, vel remissionem. Vt nempe regulariter semper litteræ gratiæ, quibus inserta venit commissio executoris, sint tradendæ impetranti, vt eis vtatur coram Ordinario, quando ad eundem per Senatum sit remissio cause in prima instantia. Per contrarium autem regulariter omnes litteræ iusticiæ retinendæ erunt in Senatu, simpliciter facta Ordinario cause remissione.

## CAPVT XXVII.

Ob executionem Romæ factam contra obligatum ibidem in forma Camerae, etiam Romæ non reperitum, siue Clericus sit, siue laicus, an percuti dicatur prima Ordinarij instantia, vt Regis protectio locum habeat.

## S V M M A R I V M.

Obligati Roma per se, vel procuratores in forma Camerae in partibus degentes, an exequi possint ab Auditor Camerae, vel vti Regalia protectionis, vt monitoria sibi intimata, siue litteræ declaratorie incursus censurarum retineantur, & causa Ordinarij remittatur, num. 1. cum seqq.

Concilium presertim primam instantiam Ordinarij non sustulit legitimos modos, quibus de iure communi permittitur ab eis recedere in prima instantia, num. 2.

Ratione contractus foritur quis forum alienum, quia de iure Iudex loci contractus dicitur competens, num. 3.

Clericus non potest prorogare iurisdictionem alienam absque sui Ordinarij consensu, nec proprij fori renuntiatio tenet, num. 4.

Prorogationem alienæ iurisdictionis tacite indultam à lege ratione contractus, aut delicti Clericus facit sine licentia Ordinarij, licet expressa, & in pactum deducta non teneat, n. 5.

Prorogatio ex iuris necessitate, & tacite indulta à lege, non requirit consensum Episcopi, n. 6.

Obligatio alicui prohibita non intelligitur, quæ a lege tacite & incidenter ex actu permisso inducitur, num. 7.

Alienatio tacite indulta à lege tanquam necessaria comprehendit minorem, quæ nec requirit decretum Iudicis, num. 8.

Alienatio prohibita intelligitur de facta ab homine, non de tacite indulta à lege, non requirit acceptationem, num. 10.

In inuisionatus translatione tacite indulta à iure non requiritur consensus Episcopi, n. 11.

Contractus ubi est à iure permixtus inter partes principales, non attenditur preiudicium inde alteri ortum incidenter, & in consequentiam, n. 12.

Renuntiatio proprij fori expressa in contractu alibi loci contractus contra obligatum, ibi non reperitur, num. 16.

Clericus Romæ obligatus ibidem nequit exequi non reperit tempore executionis, n. 14. & seqq.

Loco contractus quis conueniri potest, si ibidem reperitur non alter, n. 15.

Iurisdictione in alienum subditum, vt ratione contractus acquiratur; duo copulatiue requiruntur, celebratio contractus, & quod in eo reperitur obligatus tempore conuentionis, n. 16.

Iudex loci contractus acquirat iurisdictionem conditionaliter, si in eo reperitur obligatus, non absolute, num. 17.

Si cum contractus celebratione in alio loco concurrat simul expressa renuntiatio proprij fori absolute acquiratur iurisdictione contra contrahentem ibi non reperitum, n. 18.

Nac tamen renuntiatione expressa Clericus absque licentia sui Episcopi vti non potest, n. 19.

In expressa fori renuntiatione facta per Clericum consensu proprij Episcopi est necessarius, licet non in tacita indulta à lege, n. 20.

Couarr. obseruatio refertur quod Iudici loci contractus non acquiratur iurisdictione, ex simul inserta expressa renuntiatione Clerici sui fori, n. 21.

Auditor Camerae caret penitus iurisdictione contra Clericum Romæ obligatum, ibidem tamen non reperitum, est expressè renuntiauerit proprio foro deficiente consensu Ordinarij, cui Senatus huiusmodi causas quotidie remittit, n. 22.

Consensus partis solus absque consensu Ordinarij non sufficit ad prorogandam alterius iurisdictionem, nec partis sola renuntiatio valet, n. 23.

Doctores attribunt iurisdictionem Iudici laici contractus non absolute, sed conditionaliter, si ibi reperitur contrahens, n. 24. & seqq.

Cap. Romana, §. contrahentes de foro competentis, lib. 6. verba ponderantur, & interpretantur, num. 25. & seqq.

Dictio (nisi) inter alios effectus limitatiuos, seu negatiuos importat conditionem, maxime relecta ad tempus futurum, ibid.

Dictio (nisi) importat formam, num. 26.

Iurisdictione conditionaliter attributa non acquiratur Iudici, nisi prius conditione purificata, ita vt antea eius processus sit nullus iurisdictionis defectu, num. 27.

Conditio super qua datur iurisdictione plenè probanda est, num. 28.

Sententia lata ante purificatam conditionem, sub qua iurisdictione data fuit, est nulla, nec transit in rem iudicatam, num. 29.

Auditor Camerae caret iurisdictione contra Romæ obligatum, ibi tamen non reperitum, est Clericus proprio foro simul renuntiauerit sine licentia Ordinarij, cui Senatus remittit causam retentis litteræ, num. 30.

Sententia lata ab alieno Episcopo ratione contractus, & renuntiationis Clerici sine licentia Episcopi an sint nullæ, num. 31.